

COMMENTARIUS  
EXEGETICUS  
SS. CANONUM  
Ex de la Libraria del Coll. de los  
Comp. de la de Salamanca — SEU  
EXPOSITIO BREVIS  
ET CLARA

OMNIUM PONTIFICIARUM DECRETALIUM  
GREGORII IX. BONIFACII VIII. in Sexto, CLEMENTIS V.  
Extravagantium IOANNIS XXII. & Communium, atque etiam  
Concordatorum Germaniae, & Primariarum precum  
suo loco insertarum

*QVINQUE LIBRIS AD MENTEM ET LITERAM  
Summorum Pontificum comprehensa, & per singula Capitula sic elucubrata,  
ut Iuris Canonici studiosis & in foro Ecclesiastico occupatis  
lucis plurimum afferre queat.*

R. P. HENRICO VAGNERECK,  
E SOCIETATE JESU, SS. THEOLOGIAE ET  
JURIS CANONICI DOCTORE, CELEBRI QVONDAM  
Vtiusque Professore & Cancellario in Academia  
Dilingana.


OPVS POSTHVMVM AB IPSO AVCTORE  
TYPIS PARATVM

DILENGA,

CVM PRIVILEGIO SAC. CRS. MAJEST. ET PERMISSV SVPERIORVM.  
FOR MIS ACADEMICIS  
Apud Joannem Federle.

ANNO M. DC. LXXI.





# AUGUSTISSIME IMPERATOR.

**D**IVI Imperatores Austriaci, & Sacratissima illorum Majestas, semper Ecclesiae DEI Dextrum Brachium fuere, & hanc Veritatem adeò gloriosam, etiamnum in Augustissima Majestate Vestra, adorat & veneratur Christianus Orbis, omnésque Orthodoxæ Academiarum submississimè reverentur, & inter illas etiam Dilingana, ab Augustissimis Majestatis Vestrae Progenitoribus, gloriosæ memoriarum, constitutionibus perpetuò valituris, Clementissimè confirmata. Hoe nobis fiduciam & animos addidit, ut opus hoc de Juribus Ecclesiarum ab uno de Societate nostrâ publicæ luci destinatum submississimâ demissione ad Pedes Majestatis Vestrae advolveremus, subter alas Protectionis Imperiorum & Austriacarum demississimè inclinati; Vestra enim sola Augustissima Majestas eidem operi vires addit simul afflat Honorem. Reddimus ergo quæ sunt Cæsar, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, totumque opus hoc, Dei Ecclesiarum, & Summorum Pontificum, Vicariorum Dei Auctoritati juratum, Tutelæ Imperiorum committimus, nosque unâ ad Augustissimos Pedes Venerabundi prosternimus.

**Augustissimæ Majestatis Vestrae**

*Submississimum Devotissimum*

**COLLEGIUM ACADEMICUM  
SOC. JESU DILINGANUM.**



# LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

## DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

Ad Rubricam.

**M**ultò potiori jure Pontifex Ius Canonium, quām Iustinius Codicem suum eodem titulo de Summa Trinitate & Fide Catholica auspiciat. Et si enim leges civiles, qua justae sunt, ex preceptis iuris naturalis & gentium, sive regiae rationis defūti debent, l. 1. ff. de Iustitia & In re, multò tamen id verius est de legibus Ecclesiasticis, que non solam ex lege naturali, verū etiam diuina & preceptis fidei veluti rivoī ē fontibus elicantur c. 24. Quāler & quantio. de Accusat. Adhuc cùm fundamenū viuētī juris Christiani sit Deus, eūsq; Filius Virginatus, Christus, Redemptor nōllet, nihil super edificari potest, hoc fundamento deliciente, jux. c. gūm Paulus 1. q. 1.

De hāc materiā habet d. 3. de confecr. c. vlt. d. 7. c. penult. d. 22. per tutum d. 23. c. Qui Episcopos. Viramq; verò huius rituli decretalem eruditissime explicant S. Th. Opus. 23. & 24. 10. 17. Huc quoque referri possunt deversa dogmatica Coroll. Trid. prefecrum decretum de symbolo fidei. Iff. 8.

### Cap. I. Firmiter.

Innocencius III. In Concilio Generali Lateranensi IV.

S V M M A.

Firmiter credendum proponit Pontifex, vna cum Concilio, unum esse Deum, & quadem tres personas, sed unam essentiam sive naturam, omnino simplicem, unum universorum principium, Virginatum Dei Filium esse incarnatum, pro nobis passum, mortuum, resurrexisse, ascendiisse in celum, venientem judicem. Unam esse viuēsalem Ecclesiam, in qua idem ipse Sacerdos est sacrificium IESVS Christus, cuius Corpus & Sanguis in Sacramento altaris continentur, transubstantiatis pa-

ne in corpus, & vino in sanguinem. Quod Sacramentum nemo conficit, nisi Sacerdos ritè ordinatus. Baptismus verò à quocunque ritè collatus proficit ad salutem. Et post illum prolapsus in peccatum, per veram potest semper paenitentiam reparari. Non solū autem Virgines & continentes, verū etiam consigunt per rectam fidem & opinionem bonam, ad beatitudinem perveniant.

### E X E G E S I S.

Transubstantiationis Panis, &c.) Transubstantiationis vocem in hoc primum Concilio Lateranensi ab Innoc. III. Romæ in Ecclesia Lateranensi Anno 1215. celebrato (vnde hoc & sequens Cap. de sapientia sive) usurpatam & approbatam aduentit Petrus Maginus in annst. ad Chronicum S. Antonii. p. 3. tit. 19. cap. 1. p. 6. et si res ipsa jam ante pro dogmate fidei semper in Ecclesia habita fuit, ut ostendit Bell. t. 5. l. 3. de Ench. c. 24.

### Cap. II. Damnamus.

Idem in eodem.

S V M M A.

Damat Pontifex cum Concilio tractatum Abbatis Joachim contra Petrum Lombardum, in quo negat tres personas diunas, esse unam essentiam, substantiam, & naturam, assertam solum esse inter illas unitatem quandam collectuam & similitudinariam, quemadmodum multi homines sunt unus populus, & multi fideles una Ecclesia. Ita sentiens tanquam hereticus evitetur. Non tamen hoc derogat Florensi Monachis, chios Joachim fuis institutor. maximè cum scripta sua assūnūtis Apostolicas Sedi corrigenda, confessus, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia. Denique etiam damnatur perscrutissimum dogma Almarici.

A

E X E -